Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38279
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



413

illo ieiunium · quia luxoriosam cenam seruauerem suum ; Nutantur enim
aliquando homines ad cenam magnam · & cum adeam uolunt auide uenire · ieunant ;
Numquid hoc ieiunium continentiae · & non potius luxoriae deputandum est ;
Nolo ergo sperare talia tibi danda ad · qualia hic temere & contemnere ; haec enim
sperabant iudaei · ideo turbantur in illa questione ; Nam resurrectionem
& ipsi sperant · nt · sed ad tales uoluptates corporis sperant resurrecturos ·
quales hic amant ; Ideo cum eis proponeretur questio illa a sadducei quibus
credunt resurrectionem · de illa muliere quae nubsit septem fratribus sibimet
succedentibus · cuius eorum in resurrectione erit uxor · deficiebant & respondere
non poterant · at uero dno quando est proposita · quando resurrectio talis pro
mittitur · non quare & hanc huius mundi uoluptates · sed quia & ea de ipso do
gaudia comparentur ; Respondit dns & ait ; Errastis nescientes scripturas
neq: uirtutem dei ; In resurrectione enim · neq: nubunt · neq: uxores ducunt ;
Nemo iam non potest mori · id est non enim quaerentur successori ubi non erit cessor ;
& quidem · sed erunt inquit equales angelis dei · Nisi forte putas quod angeli
epulis cotidianis · & uinoquotidie ebrias gaudent · aut hoc forte arbitreris
quod angeli uxores habeant · nihil horum est apud angelos ; Unde gaudent
angeli · nisi unde dns ait ; Nescitis quia angeli eorum semper uident faciem
patris ; Ergo ad faciem patris gaudent angeli · ad tale gaudium tendere ;
Aut si inuenisti melius · quam uidere faciem dei ; Uae tali amori tuo · si uel suspi
caris aliquid pulchrius · quam est ille a quo est omne pulchrum · Quo de
tendere · ne illum cogitare merearis ; Non sincarne erat · & apparebat
homo hominibus ; Qualis apparebat iam dixi · homo hominibus ; Quid
magnum apparebat caro carni · quid magnum apparebat de quo dictum est ;
Uidimus eum & non habebat speciem neq: decorem ; Quis non habebat speciem
neq: decorem · De quo item dicitur ; Speciosus forma pre filiis hominum · Ut homo
non habebat speciem neq: decorem · sed speciosus forma ex eo quod est prae
filiis hominum ; Ideo formam illam deformem carnis ostendens oculis intu
entium ; Quid ait · Quid diligitis me · diligitur a patre meo ; Ego diligam
eum · & ostendam meipsum illi ; Quem uidebant · ostensurum se illis promi
tebat ; sed quid est hoc ; Quasi dicere · uidebatis formam seruii · occultaest forma dei ;
Hanc uobis blandior · illam uobis seruio · hac uos parulos nutrio · illa grandis ·
pasco ergo · ut haec fides nostra quapgamus ad inuisibilia praecepta ·
Hoc est quod in intellectum filiis choreae factae sunt omnia · ut de traherentur scis
ea quae habebant ; De trahere & ipsa uita temporalis · Ut propter haec